Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tem patriam quantocius appetere. Si glo
riam dignitatum diligitis in supna ange
lorum curia asseribi festinate. FRA. II. P.
Recordatus dns noe cunctorũq; animantium. et omnium
uiuentũq; que erant cum eo
in archa. adduxit spm super terram. et
imminute sunt aque. et clausi sunt fontes
abyssi. et cataracte celi. et prohibite sunt
pluuie de celo. Reuerseq; aque de terra
euntes et redeuntes. ceperunt minui
post centum quinquaginta dies. requieuitq;
archa mense septimo. septima decima
die mensis super montes armenie. R. In pn
cipio. II. Aque uero ibant et decrescebant
usq; ad decimum mensem. Decimo enim
mense prima die mensis apparuerunt cacumi
na montium. Cumq; transissent quadraginta
dies. aperiens noe fenestram arche qua
fecerat dimisit coruum. Qui egrediebatur.
et non regrediebatur donec siccarentur aque
super terram. R. In principio. III. Emisit
quoq; columba post eum. ut uideret si iam
cessassent aque super faciem terre. Que cum
non inuenisset ubi requiescere pes eius. re
uersa est ad eum in archa. aque enim erant
super uniuersam terram. Extendit q; manum
et apprehensam intulit in archa. R. For
Expectatisq; noe FRA. III. P. I. mani
ultra septem dies alios rursum di
misit columbam ex archa. At illa uenit ad
eum ad uespam. portans ramum olliue ui
rentium folius in ore suo. R. Igitur.
II. Intellexit igitur noe quod cessassent aque super
terram. expectauitq; nichilominus septem
dies alios. et emisit columbam. Que non est
reuersa ultra ad eum. R. Tulit igitur. III. Igitur
sexcentesimo primo anno. primo mense prima
die mensis imminute sunt aque super terram.
Rapiens noe tectum arche aspexit uidit q;
quod exsiccata esset aqua super faciem terre.
Mense secundo. septima et uicesima FRA. III.
die mensis arefacta est terra. Locutus est autem
dns ad noe dicens. Egredere de archa
tu et uxor tua. filii tui et uxores filiorum
tuorum tecum. II. Cuncta animantia
quecumq; sunt apud te ex omni carne. tam uolatilia
quam in bestiis et uniuersis reptilibus
que reptant super terram educe tecum. et ingre
dimini super terram. crescite et multiplica
mini super eam. III. Egressus est noe et
filii eius. uxor illius et uxores filiorum eius cum eo.
Sed et omnia animantia. uniuersa et reptilia
que reptant super terram. secundum genera sua. de
archa egressa sunt. FERIA. V. P. I.
Edificauit noe altare domino. et tollens
de cunctis pecoribus et uolucribus mundis. obtulit holocausta super altare. Odo
ratusq; est dns odorem suauitatis. et ait ad
eum. Nequaquam ultra maledicam terre propter ho
mines. II. Sensus enim et cogita
tio humani cordis in malum prona sunt
ab adolescentia sua. Ita quoque ultra percutiam
omne animam sicut feci. Cunctis diebus terre.
seminis et messis. frigus et estus. estas et hy
ems. nox et dies. non requiescent. III.